

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiæ, 1766**

L.B.S.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

L. B. S.

**A**ltera nunc vice lucem aspicit Per-Illustris SAMUELIS  
DE COCCEJI Jus Civile Controversum; Quam  
auide hoc tam præclarum opus ab omnibus solidioris juris-  
prudentiæ cultoribus fuerit exceptum, & quantopere jam  
post omnium exemplarium distractioneem desideretur, ver-  
bis meis non opus, cum ob id solum ingenti commenda-  
tione ac singulorum applausu dignum, quod Illustre Cocce-  
janum nomen, jure quasi suo idem postulans, præ se ferre  
valeat.

Nova ergo mihi efflagitanda editio, quam equidem,  
propter tot & tanta gravissima negotia, quibus se circum-  
septum imo obrutum cernit Per-Illustris Auctor, jam mul-  
tis accessionibus locupletioem vix speraram: Ast tantum  
tamen subcivivi temporis arduis suis functionibus subtraxit,  
ut noluerit eam non aliquo modo comtiores neque sine  
augmento remittere, sed curæ hæ Per-Illustris Auctoris se-  
cundæ



cundæ nunc refecarunt varia, nunc adjecerunt longe plura,  
quoad diversas nimirum easque selectissimas Juris quæstiones  
ac decisiones, quas in ipsis rerum obtinere argumentis fre-  
quens fori usus edocuit. Ego interim ad illud insuper  
omnem extendi curam, ne liber ad majorem justo molem  
excresceret, hinc literarum formas, quantum fieri licuit, con-  
traximus & coarctavimus magis magisque, ita ut exterior  
operis forma eadem adpareat cum priore, interior vero ni-  
hilominus longe prodeat auctior & emendatior. Tu proin-  
de Lector benevole utere hisce, & conatibus meis porro  
fave. Dabam Francofurti in cis Viadrum. Die VI. Noni  
Martii MDCC XL.



JUS





JUS CONTROVERSUM  
AD  
L A U T E R B A C H I I  
PRÆFATIONEM.

Qv. I. Quando (α) Jus Romanum in Germania introductum sit? Et (β) An obtineat in Germania tanquam jus scriptum?



RESP. ad (α) De tempore quo Jus Romanum in *Laut. p.* Germania introductum est, parum conveniunt Au- i. verb. in tores: *Germa-*

Alii a temporibus Caroli Magni ejus juris in Ger- mania observationem deducunt, qui cum Imperio etiam jus Romanum Germaniæ intulisse videtur.

Alii ex Seculo 12mo & a temporibus Lotharii Saxonis id repetunt: idque probant ex *Sigon. de Regn. Ital. lib. 11. p. 272.* rejecti a *Couring. de Orig. Jur. Germ. c. 24.*

Alii constitutionibus Fridericorum, *de Pace tenenda, & de Pace Constantiensi* id tribuunt, quæ exstant in *z. f. 53. Et V. feud. 21.* utpote ubi provocatur ad Leges Imperii. *vid Paurmest. de Jurisd. lib. 2. c. 6. n. 152.*

Alii Maximilianum I. hujus rei autorem laudant. *Lehm. Chron. Spir. l. 4. c. 21. Laut. Comp. in præf. & Dd. Commun.*

COCC. JUR. CONTR. P. L

A

Equi-

